
This is the **published version** of the bachelor thesis:

Ferragut, Albert; de la Cruz, Óscar, dir. Les fonts de Roger Bacon : les citacions com a mètode compositiu. 2020. (804 Grau en Estudis Clàssics)

This version is available at <https://ddd.uab.cat/record/230961>

under the terms of the  license

UNIVERSITAT AUTÒNOMA DE BARCELONA
FACULTAT DE FILOSOFIA I LLETRES
TREBALL DE FI DE GRAU D'ESTUDIS CLÀSSICS



**Universitat Autònoma
de Barcelona**

LES FONTS DE ROGER BACON: LES CITACIONS COM A MÈTODE COMPOSITIU

ALBERT FERRAGUT

Tutor: Oscar de la Cruz

Curs 2019-2020

Bellaterra, 2020

Índex:

Introducció.....	3
Justificació.....	3
Metodologia.....	3
Context.....	4
<i>Philosophia cum theologia affinitas.....</i>	5
Cos del treball.....	7
Índex locorum.....	17
Conclusions.....	19
Bibliografia.....	21

Introducció:

Justificació:

En l'estudi de la obra de Bacon, la realització d'un *apparatus fontium* és la clau per entendre com Bacon escrivia les seves obres. Això és degut a que cap edició de l'*Opus maius* –incloent-hi el segon tractat, objecte del nostre anàlisi– ofereix la localització de les citacions del text, l'última de les quals és la de Bridges, apareguda en una segona edició en 1900., que és la que seguirem en el nostre estudi.¹ El treball se centra en localitzar l'origen d'aquestes citacions que Bacon emprà per redactar la segona part del llibre *Opus majus*, titulat *Philosophiae cum theologia affinitas*, en l'obra de l'autor citat. Em centraré a analitzar els capítols I-V, com a mostra de la manera d'escriure de Bacon, amb els quals hom se'n pot fer una visió global. En l'anàlisi s'intentarà detectar quines són les fonts utilitzades per Bacon en suport dels arguments del seu tractat.

Metodologia:

Pel que fa a la metodologia de treball, en primer lloc em centraré en localització de les citacions i les faré constar en una nota a peu de pàgina. Per fer-ho, transcriuré el text de Bacon, prenent les dues edicions de Bridges de 1900. Durant l'evolució del treball hem comprovat que les diferències entre les edicions de Bridges són prou significatives, de manera que la segona (1900 2a ed.) es demostra força més completa. També hem mantingut els criteris de transcripció i edició de la segona edició de Bridges (1900, vol. III, 36-79), sense fer cap mena de canvi respecte al text proposat per Bridges pel que fa a la puntuació. Posteriorment a la localització de les citacions, s'elaborarà un *index locorum* que s'inclouran entre el cos del treball i les conclusions. Previ al cos del treball, he considerat oportú fer un breu esment tant del context històric en el qual va viure Roger Bacon com de la seva biografia i el llatí que utilitzava, ja que tenir-ne coneixement crec que pot ajudar a entendre millor l'obra de Bacon i la seva manera de compondre-la. Per tal de poder dur a terme aquestes tasques, caldrà la lectura de la segona part de l'*Opus majus* en llengua llatina, així com també la lectura en llengua llatina de les obres citades –les obres d'Aristòtil les he consultat en grec–. Caldria fer esment que només he trobat una traducció a l'anglès de 2016 (tot i que és una reedició d'una traducció feta el 1928)².

¹ La primera ed. de Bridges és de 1897, elaborada prenent com a base el ms. Oxford, Bodleian Library, Digby 235; edició que va ser reimpressa en 1900. En canvi, la segona ed. de Bridges, apareguda també en 1900, revisava el text anterior, ara en base al ms. més complet de London, British Library, Cotton Julius D.V. Per a aquesta informació, vegi's la base de dades sobre Roger Bacon i especialment la fitxa dedicada al nostre tractat (opus 13.2): Ó. de la Cruz (2020)

<https://grupsderecerca.uab.cat/rogerbacon/node/151>

² Roger Bacon, *Opus majus*. Traducció de Robert Belle Burke. University of Pennsylvania Press, 2016. Cal esmentar que la troballa d'aquesta traducció va ser un cop realitzat el treball i per tant, tot i que sigui citada a l'apartat de bibliografia, el seu ús ha sigut limitat, de manera que la interpretació del text és genuïnament meva.

Context:

El s. XIII és un període marcat per les guerres de conquesta contra els musulmans, entre les quals destaquen la conquesta del sud de la Península Ibèrica per part dels regnes cristians del nord peninsular (Castella i la corona catalanoaragonesa) i les creuades dutes a terme per coalicions de regnes cristians per conquerir Terra Santa o bé lluitar contra d'altres pobles considerats infidels, com ara els càtars (croada albigena) o els pagans del mar Bàltic (croades bàltiques). D'altra banda és també un segle marcat per grans moviments culturals i científics. En el camp de la filosofia destaquen per exemple Tomàs d'Aquino, Roger Bacon o Ramon Llull. En el camp científic-tecnològic, destaquen l'auge de les ulleres (a Itàlia a finals de segle), es popularitza el sistema de numeració índia (la qual havia arribat a través dels àrabs i que inclou el zero com a concepte matemàtic) gràcies a Leonardo de Pisa, Ibn an-Nafís descriu el sistema de circulació menor de sang, Petrus Peregrinus de Maricourt explica les lleis d'atracció i repulsió magnètiques, i es popularitza el paper, provinent d'orient a través dels àrabs, que substituirà el pergamí i serà molt emprat en la fabricació de bitllets (paper moneda). Les universitats esdevindran centres de còpies de manuscrits, tasca que fins al moment només es realitzava als monestirs. En literatura destaca el paper dels trobadors i l'aparició dels cantars de gesta. En l'art, l'aparició del gòtic. En aquest ambient cal destacar també l'aparició de les noves ordes monàstiques de franciscans –en la qual s'adscriu Roger Bacon– i dominics, que competiren a partir de 1230 per entrar en la docència universitària, amb el que això comportava sobre la manera de pensar i impartir els continguts doctrinals i científics.

Roger Bacon nasqué a Ilchester, Anglaterra vers el 1220. Fou un filòsof, teòleg i científic medieval. Estudià Oxford, on fou deixeble de Robert Grosseteste i d'Adam Marsh. El 1236 es traslladà a París, on inicià els seus escrits realitzant comentaris sobre la filosofia d'Aristòtil i on exercí de professor entre 1241 i 1247, any que retornà a Anglaterra. Roger Bacon, a partir de l'ensenyament de les obres aristotèliques, proposava una reforma del sistema d'estudi que implicava la interacció de les diverses disciplines –ja fossin especulatives com la teologia i la filosofia, o experimentals, com ara la matemàtica i l'òptica– per a la comprensió de les veritats divines (és a dir, de la realitat material i metafísica del món). Formà part de l'ordre franciscà entre 1256 i 1257. Va haver d'abandonar la seva càtedra de París degut al seu pensament massa independent, però gràcies a un antic deixeble seu, Guy de Foulques, que en aquell moment era el papa (Climent IV), va gaudir d'una certa protecció. Així va escriure l'*Opus majus*, l'*Opus minus* i l'*Opus tertius*. El seu tractat *Opus majus*, enviat al Papa Climent IV el 1266 (una obra enciclopèdica que aglutinava tots els coneixements científics fins aleshores, juntament amb l'*Opus tertium* i l'*Opus minus*) en resposta a la petició del papa, que tenia cert interès en les propostes d'estudi de Bacon, ofereix un compendi d'obres anteriors pròpies i aplega una mena de programa d'estudi basat en els principis d'interacció que ja hem esmentat. L'experimentació, finalment, serà el tret més destacat del pensament de Bacon, element que caracteritzarà la ciència moderna i de la que és, doncs, un rar precursor en el s. XIII.

Philosophia cum theologia affinitas:

L'obra objecte d'estudi, *Philosophia cum theologia affinitas* (la segona part de Opus Majus) és un tractat en el qual l'autor pretén posar de manifest la relació establerta entre la filosofia i la teologia, lligant ambdós coneixements al saber de Déu. L'Opus Majus, que és una obra de caràcter enciclopèdic, està formada per set parts: la primera, dedicada als errors dels científics de l'època, motivats pel desconeixement i prejudicis de diversos tipus; la segona, objecte del nostre estudi, com ja hem esmentat se centra en reconèixer que la veritat és completa amb la Bíblia, és a dir amb la paraula de Déu, i les lleis del Dret canònic, però que altres savis, fins i tot pagans –Aristòtil, per exemple– han coincidit en transmetre-la, a través tant de la filosofia com de la teologia; la tercera part aprofundeix en la necessitat del coneixement de les llengües, hebrea i grega en relació a la llengua llatina, per a l'estudi adequat dels textos bíblics, ofereix unes nocions gramaticals tant d'hebreu com de grec i fa palès la necessitat de bones traduccions amb algunes demostracions d'errades en la traducció del grec al llatí de diversos passatges bíblics; en la quarta es dedica a explicar l'estudi de la matemàtica, com a eina també de recerca en la filosofia; la cinquena se centra en comentar, en tres parts, l'estudi sobre la òptica; la sisena part comenta la ciència experimental, i fa un estudi de la metafísica a través de l'aplicació de tot tipus de coneixement científic (lingüístic, matemàtic, especulatiu de la teologia, etc.); finalment en la setena, se centra en els aspectes morals de la filosofia.

L'argument principal del segon tractat de l'Opus majus (titulat *Philosophia cum theologia affinitas*) –el qual és objecte del nostre estudi– és la necessitat d'acudir a diverses disciplines per a l'estudi de la *veritas divina*. Després d'haver exposat al tractat anterior quatre causes general que expliquen els errors comesos pels homes en els seus estudis (*quatuor causas totius erroris humani generalibus*), ara vol demostrar que existeix una saviesa perfecta que es manté continguda a les sagrades escriptures. Ara bé, tot i que la teologia –continua dient– és la més alta disciplina per al seu estudi, aquest coneixement cal explicar-lo a través del dret canònic i de la filosofia (*per jus canonicum et philosophiam explicanda*). El seu coneixement, doncs, és salvífic (*salutaris*), i el seu desconeixement és motiu de condemna i de ceguesa (*non est salutaris, est plena caecitate ac ad finalem inferni deducit caliginem*). Molts savis –diu Bacon– han caigut en la ignorància i no val aconseguir una *veram sapientiam*, sinó una d'aparent i falsa. Ara Bacon llença un primer seguit d'autoritats que confirmen l'advertiment sobre el fals coneixement, partint de san Pau i seguint per sant Agustí i sant Ambrosi. Al capítol segon hi exposa l'origen del dret canònic (*jus canonicum*), que té les seves arrels en les Escriptures, i com a partir d'aquestes arrels en surten les ensenyances dels pares i doctors de l'Església, així com les regles que han assentat. En el tercer, se centra en com Agustí d'Hipona recalca la importància de tot allò preciós, establint un paral·lelisme amb les joies que van prendre els hebreus d'Egipte, i englobant-hi l'ètica, la història, el coneixement de l'art, la lògica i la gramàtica. Al quart capítol hi estableix la similitud del llenguatge emprat per Jerònim i Beda. Alhora explica com Beda recalca que, de la mateixa manera que el rei Salomó va fer cridar treballadors estrangers per tal que

ajudessin en la construcció del seu temple, Crist ha avalat els filòsofs per a la construcció de la seva Església. El cinquè capítol exposa la dicotomia entre l'intel·lecte actiu (*intellectus agens*) i el possible (*intellectus possibilis*). Estableix que l'intel·lecte actiu no forma part de la nostra naturalesa, però la nostra ment és capaç de rebre'l. Això queda demostrat en Aristòtil –remarca que és demostrat quan es llegeix correctament – i en els seus comentaristes Alfarabius i Avicenna.

Cos del treball:

Opus Majus Rogeris Baconis

Pars secunda

Hujus persuasionis.

CAPITULUM I

Relegatis igitur in infernum quatuor causis totius erroris humani generalibus et penitus ab hac persuasione suspensis, volo in hac secunda distinctione ostendere unam sapientiam esse perfectam et hanc in sacris literis contineri, de cujus radicibus omnis veritas exivit. Dico igitur quod vel est una scientia dominatrix aliarum, ut theologia cui reliquae penitus sunt necessariae, et sine quibus ad effectum perveniri non valet; quarum virtutem in suum jus vindicat, ad cujus nutum et imperium caeterae subjacent; aut melius una est tantum sapientia perfecta, quae in sacra scriptura totaliter continetur, per jus canonicum et philosophiam explicanda. Expositio etenim veritatis divinae per illas scientias habetur. Nam ipsa cum eis velut in palmam explicatur, et tamen totam sapientiam in pugnum colligit per seipsam; quoniam ab uno Deo data est tota sapientia et uni mundo, et propter finem unum. Quapropter haec sapientia ex sua triplici comparatione unitatem sortietur. Caeterum via salutis una est, licet gradus multi; sed sapientia est via in salutem. Omnis enim consideratio hominis, quae non est salutaris, est plena caecitate, ac ad finalem inferni deducit caliginem; propter quod multi sapientes famosi in hoc mundo damnati sunt, quia veram sapientiam non habuerunt, sed apparentem et falsam, unde se aestimantes sapientes stulti facti sunt secundum scripturam.³ Caeterum Augustinus loquens de sacra scriptura dicit libro secundo de doctrina Christiana si alibi est veritas, hic invenitur; si noxium, hic damnatur.⁴ Et vult quod ubicunque invenerit Christianus Domini sui intelligat esse veritatem, ut a principio dictum est. Et veritas Jesu Christi est sapientia sacrae scripturae. Ergo non est alibi veritas, nisi quae in illa continentur scientia. Et Ambrosius super Epistolam ad Colossenses dicit, Omnis ratio supernae scientiae et terrenae creaturae in eo est qui est

³ Rom. I, 22

⁴ Augustinus, *De doctrina christiana* II, 42

caput et auctor, ut qui hunc novit, nihil ultra quaerat, quia hic est perfecta virtus et sapientia. Quicquid alibi quaeritur, hic perfecte invenitur.⁵ Cum ergo sacra scriptura dat nobis hanc sapientiam quae Christus est, manifestum est quod hic omnis veritas sit conclusa. Caeterum si alibi dicatur sapientia, tunc si est contraria huic erit erronea, nec habebit nisi nomen sapientiae, vel licet non dicatur contraria est tamen diversa. Sed diversitas, quamvis alibi non faciat, contrarietatem hic tamen eam inducit, sicut patet per evangelicam auctoritatem, Qui non est mecum, contra me est.⁶ Sic de hac sapientia verum est, ut quod illi annexum non est, contra illam esse probetur, et ideo Christiano abhorrendum.

CAPITULUM II

Hoc autem manifestus patet consideranti divisionem scientiarum aestimatam. Nam si nitamur separare scientias ab invicem, non possumus dicere non theologiam [esse] et scientiam juris canonici et philosophiam; sub una enim parte philosophiae, scilicet sub scientia morali, quam civilem nominavit Aristoteles, continetur jus civile, ut inferius enotescet. Canonicum vero jus vel a scripturis canonici nuncupatur, non ab aliis, sicut ipsum nomen demonstrat; quae scripturae canonicae dicuntur libri Veteris Testamenti, sicut Decretorum parte prima distinctione nona pluries habetur, et alibi; aut ab eodem, scilicet a canone nuncupantur,⁷ nam Canon Graece, Regula Latine dicitur.⁸ Et tam jus canonicum quam jus divinum regularem modum vivendi reddere comprobatur. Caeterum jus canonicum totaliter fundatur super auctoritate scripturae et expositorum ejus, sicut clarius patet per totum corpus Decreti et Decretalium. Nam aut pro constitutionibus canonum allegantur auctoritates expositorum sacrae scripturae, ut Augustini, Hieronymi, Gregorii, Ambrosii, Isidori, Cypriani, Hilarii et aliorum, aut sacri et summi pontifices pro suis statutis inducunt auctoritates et exempla Novi et Veteris Testamenti; et ideo hoc jus non est nisi explicitio voluntatis Dei in scriptura. Item jus canonicum vocatur jus ecclesiasticum, quo regitur in spiritualibus Dei Ecclesia tam in capite quam membris. Sed nihil aliud sonat haec scriptura nisi hoc regimen. Praetera jus naturale continentur in sacra scriptura sicut docetur in principio Decreti, sed

⁵ Ambrosius Mediolanensis, *Comentaria in epistolam ad Colossenses* II; cfr. *Corpus iuris canonici* D.pars I. dist. XXXVII, 7, §6

⁶ Mt. 12, 30; cfr. Lc. 11, 23

⁷ Aristoteles, *Politica* VII, 1333b 35

⁸ *Regula Latine: Corpus iuris canonici* D. I, dist. III, 1

quaecunque moribus recepta sunt vel scriptis comprehensa, si naturali juri fuerint adversa, vana et irrita sunt habenda, ut parte prima distinctione octava continentur. Et ideo jura canonica non possunt esse aliena a jure divino, immo de fontibus illius oportet ea derivari. Et jus commune vel est divinum vel humanum. Divinum est, quod sensu et spiritu Dei allatum est mundo in sua scriptura; humanum quando sensu hominis est adinventum. Sed constat Ecclesiam regi sensu et spiritu divino, et ideo jure divino quod sacris literis includitur, et certum est Ecclesiam regi jure canonico. Quapropter id jus est divinum de thesauro sacrae scripturae eruendum. Et hoc manifestum est consideranti partes juris canonici. Nam ordinat gradus ecclesiasticorum officiorum, vel sacramenta Dei determinat, vel forum conscientiae discutit, aut causas ecclesiasticas descindit. Sed horum omnium radices et ipsa stipes erecta apud sacram scripturam reperiuntur, rami vero penes expositores ejusdem, ut in canonum corpore folia flores et fructus salutiferi capiuntur. Nam sermoni canonici suavis ornatus foliis comparatur secundum scripturam, florum autem et fructuum utilitas sub propria metaphora praedicta quatuor comprehendit. Et ideo canones non sunt nisi culmi segetum aurei, et palmites uvarum maturatio per virtutem scripturae suae offerendi. Quoniam igitur ita est jus canonicum sub potestate scripturae in uno corpore continetur, sicut unius arboris corpus ex radicibus et stipite, ramis, floribus et fructibus constituitur.

CAPITULUM III

Quod autem philosophiae potens non sit aliena Dei sapientia, sed in ipsa conclusa, manifestandum est in universali et particulari. Nunc autem per auctoritates et exempla et rationes communes hoc declarato, deinceps uberius explicabitur ad quatuor vel quinque partes philosophiae descendendo juxta singularum scientiarum et artium potestatem. Si enim a philosophis tanquam injustis possessoribus rapere debent Christiani utilia, quae in libris eorum continentur, sicut tetigi a principio per sententiam Augustini, patet quod philosophia est condigna et propria sacrae veritati.⁹ Et eodem in libro dicit quod philosophorum aurum et argentum non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quasi metallis divinae providentiae, quae ubique infusa est, eruuntur, quod praefiguratum fuisse ostendi dicens, 'Sicut Aegyptii vasa atque ornamenta de auro et argento et vestem, quam ille populus exiens de Aegypto sibi potius tanquam ad usum meliorem vindicavit,

⁹ Agustinus, *De civitate Dei* VIII, 9'

sic doctrinae gentilium liberales disciplinas usui veritatis aptiores et morum praecepta utilissima continent, deque ipso Deo colendo nonnulla inveniuntur apud eos, quod eorum tanquam aurum et argentum debet ab eis auferre Christianus ad bonum usum predicandi Evangelii.¹⁰ Et hoc explicat, in omnibus humanis tractatibus quae vel sunt moralia vel historalia, vel artificialia, vel naturalia, vel logicalia et grammaticalia. Nam pro moralibus dicit 'Vestem quoque illorum, id est hominum quaedam instituta, sed tamen accommodata humanae societati, qua in hac vita carere non possumus, in usum convertenda Christianum [habuere licuerit].'¹¹ De historialibus dicit, 'Historia gentilium plurimum nos adjuvat ad sanctos libros intelligendos'.¹² Nam et per Olympiadas et consulum nomina multa saepe quaeruntur a nobis, et ignorantia consulatus quo passus est Dominus nonnullos errare coegit, ut putarent quadraginta annorum et sex aetate passum Dominum, quia per tot annos aedificatum templum esse dictum est a Judaeis, quod imaginem dominici corporis habebat.' Et istud manifestum est per loca innumerabilia in Novo et Veteri Testamento. De aliis vero consideracionibus humanis, tam artificialibus quam naturalibus dicit, 'Artium autem caeterarum, quibus aliquid fabricatur, vel quod post operationem remanet, ut domus, scamnium, vas et hujusmodi, vel medicina et agricultura et gubernatio, vel quorum omnis effectus actio est, sicut saltationum, cursionum, luctaminum: harum autem cognitio usurpanda est ad iudicandum, ne omnino nesciamus quid scriptura velit insinuare, cum de his artibus aliquas figuratas locutiones inserit, et licet large sumere naturalia, ut sub eis medicinalia continentur, et quae agriculturae sunt. Nam de rebus naturalibus istae scientiae constituuntur, atque sunt duae de octo praecipuis naturalibus, ut inferius elucescet. Tamen universaliter pro omnibus naturalibus dicit, 'Benignam sane operam faceret pro sacra scriptura, qui proprietates temporum et locorum, lapidum et caeterarum rerum inanimatarum, plantarum et animalium colligeret.' Et pro logicalibus dicit primo, quod disputationis disciplina ad omnia genera quaestionum, quae in literis sanctis sunt penetranda et dissolvenda, plurimum valet. Et alias in eodem dicit, quod secus est de logica et aliis scientiis. Nam de eis pro theologia possunt quaedam necessaria colligi et condigna, sed Non video, ut ait, ultrum hoc possit fieri de logica, quia ipsa per totum textum scripturum colligitur nervorum vice. Atque in libro tertio de ordine disciplinae dicit, quod scientiam sacram nullus debet accedere sine scientia poentiae logicalis. De

¹⁰ Agustinus, *De civitate Dei* XVIII, 40, 2'

¹¹ Agustinus, *De doctrina Christiana* II, 40, 61'

¹² Agustinus, *De civitate Dei* X, 16, 2'

grammaticalibus vero assumendis ad sacra, fere secundus tertius et quartus liber per totum hortantur. Et Hieronymus super Epistolam ad Titum, loquens de utilitate grammaticae respectu theologiae prae multis aliis scientiis dicit, Grammaticorum doctrina potest et proficere ad vitam dum fuerit in meliores usus assumpta, de qua magna et plura in sequentibus sunt ponenda¹³. Sed de mathematicis dicit Casiodorus in suo libro de hac scientia 'Has scientias quatuor, scilicet geometriam, arithmetiam, astronomiam, musicam, cum sollicita mente revolvimus, sensum acuunt, limumque ignorantiae detergunt, et ad illam speculativam contemplationem, Domino largiente, perducunt, quas merito sancti patres legendas persuadent, quoniam ex magna parte per eas appetitus a carnalibus rebus extrahitur, et faciunt desiderare quae solo animo largiente corde possumus respicere'.¹⁴ Sed haec copiose manifestabuntur suo loco. Et si de his ita se habet, multo fortius metaphysicalia sunt consona colloquiis divinis. Nam loco unius partis theologiae apud philosophos metaphysica est, quae cum philosophia morali ideo ab eis scientia divina et theologia physica vocatur, ut patet ex primo Metaphysicae Aristotelis et undecimo¹⁵ et ex nono et decimo Metaphysicae Avicennae.¹⁶ Nam de Deo et angelis et huiusmodi divinis multa considerat, et sic patet quod omnis sapientiae potestatem vindicat sacra scriptura. Sed non solum Augustinus docet praedicta sed hoc multos sanctos fecisset commemorat cum quaerit, 'Nonne aspiciamus quanto auro subfarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus doctor suavissimus et martyr beatissimus, quanto Lactanius, quanto Victorinus Optatus, Hilarius, ut de vivis taceam, quanto innumerabiles Graeci, quod prior ipse fidelissimus Dei famulus Moyses [fecerat] de quo scriptum est quod eruditus fuerit omni sapientia Aegyptorum?'¹⁷

CAPITULUM IV

Non solum quidem beatus Augustinus, sed etiam alii sancti asserunt, quod et iste, et figuratum etiam ostendunt et sanctos sic sic fecisse testantur. Nam Hieronymus ad magnum oratorem censeo ad praesens vocandum, qui dicit, 'Quid autem quaeris? cur in opusculis nostris secularium literarum interdum ponamus exempla, et candorem Ecclesiae ethnicorum sordibus polluamus? Responsum breviter habeto. Nunquam hoc

¹³ Hieronymus, *Comentaria in Epistolam ad Titum* I, 2

¹⁴ Casiodorus: no localitzada

¹⁵ Aristoteles, *Metaphysica* XI, 1064B 1

¹⁶ Avicenna, *Metaphysica* IX & X; cfr. Aristoteles, *Metaphysica* I 983a

¹⁷ Augustinus *De civitate Dei* XVIII, 39, 5'

quaereres, nisi te totum Tullius possideret; Si scripturas sacras legeres, si interpretes earum omisso Vulcatio evolveres. Quis enim nesciat et in Moyse ac prophetarum voluminis quaedam assumpta de gentiliū libris, et Solomonem philosophis Tyri et proposuisse nonnulla et aliqua respondisse?¹⁸ Unde in exordio Proverbiorum commonet, ut intelligamus sermones prudentiae versutiasque verborum, parabolas et obscurum sermonem dicta sapientum et aenigmata quae proprie dialecticarum et philosophorum sunt. Sed et Paulus apostolus Epimenidis poetae usus est versiculo, scribens ad Titum, Cretenses semper mendaces, malae bestiae, ventres pigri.¹⁹ In alia quoque epistola Menandri ponit senarium, «Corrumpunt bonos mores confabulationes pessimae.²⁰ Et apud Ateniensis in Martis Curia disputans Aratum testem vocat, Ipsius enim et genus sumus, quod est Graece clausula versus heroici. Ac ne parum hoc esset, ductor Christiani exercitus et orator invictus pro Christo causam agens etiam inscriptionem fortuitam arte torquet in argumentum fidei. Didicerat enim a vero David extorquere de manibus hostium gladium, et Goliae superbissimi caput proprio mucrone truncare. Legerat enim in Deuteronomio Domini voce praeceptum, mulieris captivae redendum caput, supercilia, omnes pilos et ungues corporis amputandos, et sic eam habendum cojugio.²¹ Quid ergo mirum, si et ego sapientiam secularem propter eloquii venustatem et verborum pulchritudinem de ancilla atque captiva Israeliten facere cupio? et si quid in ea mortuum est idolatriae voluptatis erroris libidinum vel praescido vel rado, et mixtus purissimo corpori vernaculos ex ea genero Domino Sabaoth, labor meus in familia Christi proficit. Julianus Augustus septem libros in expeditione Parthica adversus Christum evomuit; si contra hunc scribere tentavero puto interdicens mihi ne rabidum canem philosophorum et Stoicorum doctrinis, id est Herculis clava reperiatur?' et inducit ad hujusmodi probationem prophetas et omnes doctores famosos a principio Ecclesiae qui philosophorum doctrinis fidem Christi persuaserunt principibus et infidelibus ac roboraverunt multipliciter. Et Beda super librum Regum dicit, quod liberalium scientiarum utilia quasi sua sumere licet Christianis ac divina, Alioquin Moysen et Daniel sapientia et litera Aegyptiorum et Chaldaeorum non paterentur erudiri.²² Item in libro de factura templi dicit Solomonem cum suis servis significare Christum, et Hiram cum suis designare philosophos et sapientes de gentilibus, ut

¹⁸ Hieronymus, *Epistolae* LXXII, 2; cfr. Thomas Aquinas, *Liber contra impugnantes Dei cultum et religionem* III, 5, 43'

¹⁹ Paulus, *Epistula ad Titum* I, 12

²⁰ Paulus, *Epistola ad corinthios*, I, 15, 33'

²¹ Deuteronomio, XXV, 7

²² Beda, *Allegorica expositio in Samuelem* II, 9

templum Dei, hoc est Ecclesia, non solum sapientia apostolica, sed philosophorum construeretur; Et dicit scriptura Servi Hiram doctiores erant servis Solomonis ad caedendum. Quia, ut dicit Beda super hoc, gentiles ab errore conversi atque ad veritatem Evangelii transformati, melius ipsos gentium errores noverant, et quo certius noverunt, eo artificiosius hos expugnare atque evacuare didicerunt. Paulus Evangelium quod per revelationem didicerat, melius novit. Sed Dyonisius melius revincere poterat falsa Athenarum dogmata, quorum cum erroribus similibus argumenta a puero noverat, et ideo Salomon dicit, Scis enim quod non est in populo meo vir qui noverit ligna caedere, sicut Sidonii. Haec et hujusmodi multa allegat venerabilis Beda, et multi alii, sed haec nunc sufficiant.²³

CAPITULUM V

Causae autem quare sancti sic affirmant quod quaerimus, et figuratum fuisse declarant et a sanctis effectui mancipatum denunciant, possunt assignari. Primo propter hoc quod ubicunque veritas invenitur, Christi judicatur, secundum sententiam et auctoritates Augustini superius allegatas: secundo, quamvis aliquo modo veritas philosophiae dicatur esse eorum, ad hanc tamen habendam primo lux divina influxit in animos eorum, et eosdem superillustravit. Illuminat enim omnem hominem venientem in hunc mundum, sicut dicit scriptura,²⁴ cui sententiae ipsi philosophi concordant. Nam ponunt intellectum agentem et possibilem. Anima vero humana dicitur ab eis possibilis, quia de se est in potentia ad scientias et virtutes, et eas recipit aliunde. Intellectus agens dicitur, qui influit in animas nostras illuminans ad scientiam et virtutem, quia licet intellectus possibilis possit dici agens ab actu intelligendi, tamen sumendo intellectum agentem ut ipsi sumunt, vocatur influens et illuminans possibilem ad cognitionem veritatis. Et sic intellectus agens, secundum majores philosophos non est pars animae, sed est substantia intellectiva alia et separata per essentiam ab intellectu possibili. Et quia istud est necessarium ad propositi persuasionem, ut ostendatur quod philosophia sit per influentiam divinae illuminationis, volo istud efficaciter probare, praecipue cum magnus error invaserit vulgus philosophantium in hac parte, necnon multitudinem magnam theologorum, quoniam qualis homo est in philosophia, talis in theologia esse probatur.

²³ Beda, *De templo Samlomonis* II

²⁴ Ioan., I, 16, 9'

Dicit igitur Alpharabius in libro de intellectu et intellecto, quod intelligentia agens,²⁵ quam nominavit Aristoteles in tertio tractatu suo de Anima, non est materia, sed est substantia separata.²⁶ Et Avicenna quinto de Anima²⁷ et nono Metaphysicae idem docet.²⁸ Necnon ipse Philosophus dicit quod intellectus agens est separatus a possibili et immixtus. Item vult quod intellectus agens sit incorruptibilis secundum esse et substantiam, quoniam dicit ipsum differre a possibili penes incorruptionem. Sed possibilis est incorruptibilis secundum substantiam et corruptibilis secundum esse, propter separationem ejus. Ergo agens secundum esse et substantiam erit incorruptibilis, quapropter non erit pars animae, quoniam tunc secundum esse suum in corpore corrumpetur quando separetur. Et dicit quod se habet ad possibilem sicut artifex ad materiam, et sicut lux solis ad colores. Artifex autem est extra materiam in qua agit, et separatus per essentiam ab ea. Similiter lux solis expellens tenebras a coloribus et aliis rebus separata est per essentiam ab eis, et advenit aliunde. Dicit etiam quod intellectus agens scit omnia et semper in actu, quod nec animae rationali nec angelo convenit, sed soli Deo. Item si esset pars animae, tunc anima sciret idem per agens, et ignoraret per possibile, quia agens est in actu quale est possibile in potentia, ut Aristoteles testatur. Item a digniori parte magis habet res denominari, ergo magis dicetur sciens per agentem, quam ignorans per possibilem ante inventionem et doctrinam. Si dicatur quod agens, licet sit pars animae, non tamen est actus et forma corporis sicut possibilis, et ideo homo habet operationes possibilis et non agentis, hoc est contra definitionem animae, qua dicitur quod anima est actus corporis physici. Nam si una pars ejus tantum est actus, quod forma corporis tunc male datur differre animae totalis, et absolute et simpliciter per actum corporis, et ideo tunc debet excipi illa pars quae non est actus corporis, sicut ipse Aristoteles in principio secundi libri, quando ponit aliquas partes animae esse non solum actus corporis totius, sed partium ejus, ut sensitivam et vegetativam, excipit intellectum, quod negat esse actum et perfectionem partis corporis quia non est alligatus organo sicut caeterae partes animae. Et ad hoc expressius intimandum, dicit quod intellectus est in corpore, sicut nauta in navi quoniam ad hoc, quod non est alligatus alicui parti, sicut nec nauta navi, licet sit actus et perfectio totius. Nauta tamen non est perfectio, sed motor tantum.²⁹ Item tunc componetur anima ex

²⁵ Alpharabius, *De intellectu et intellecto* X

²⁶ Aristoteles, *De anima* III

²⁷ Avicenna, *De anima* V

²⁸ Avicenna, *Metaphysica* IX; cfr. Arist. *Metaph.* I (983a)

²⁹ Aristoteles, *De anima*

substantia separata et conjuncta, sed hoc est impossibile. Nam intelligentia, sive angelus, et anima differunt secundum speciem penes unibile et non unibile, et ideo anima non componetur ex aliquo quod est actus corporis, et ex aliquo quod non est tale. Nam species una non componitur ex aliquo alterius speciei oppositae.

Cum ergo haec sententia sit consona veritati, et textus Philosophi hoc evidentem praetendat, atque ejus expositores maximi ipsum sub hac forma declarant, et haec verba agens et possibilis sunt a Philosopho non sanctis accepta, longe melius est secundum Philosophi, sententiam agentem intellectum penitus dicere substantiam separatam ab anima per essentiam. Non enim est dubium experto in philosophia quin haec sit sua sententia, et in hoc omnes sapientes antiqui experti concordant. Nam universitate Parisiensi convocata, bis vidi et audivi venerabilem antistitem dominum Gulielmum Parisiensem Episcopum felicitis memoriae coram omnibus sententiam quod intellectus agens non potest esse pars animae; et dominus Robertus Episcopus Lincolnensis et frater Adam de Marisco et hujusmodi majores hoc idem firmaverunt. Qualiter vero refellantur quae hic objici possunt, manifestabitur in opere principali, cum de naturalibus fiet sermo. Verumtamen ne cavillator aliquis a latere insurgat, allegans illud quo vulgus decipitur, dico quod cum Aristoteli imponantur haec verba 'Quoniam autem in omni natura est aliquid quod agat et aliud quod patiat' ita est in anima,' primo respondeo quod multoties falso translatus est et pluries obscure.³⁰ Nam cum tertio Coeli et Mundi dicatur quod circulus et figura orbicularis replent locum, istud est falsum, ut sciunt experti in naturalibus et geometricis,³¹ sicut Averroes demonstrat ibidem.³² Et quod tertio Meteororum dicitur quod iris non ex luna nisi in 50 bis, et hoc est iterum falsum. Nam experientia docet, quod quaecumque luna sit plena et pluat, nec ipsa sit nubibus cooperta, accidit iris. Et sic sunt multa alia falso translata, cujus causa patebit ex tertia parte hujus operis, cum fiet mento de vitiis translatorum; sed longe plura sunt obscure et non intelligibiliter translata, in quibus quilibet alii potest contradicere. Et in hoc loco accidit utrumque vitium vel saltem secundum, quod proba per ipsum Aristotelem. Nam ipse dicit secundo Physicorum, quod materia non coincidit cum aliis causis in eodem secundum numerum, ergo in nulla natura sunt simul agens et materia, igitur nec in anima.³³ Si igitur ad litteram teneatur textus male translatus, tunc omnino falsus est, et contra Aristotelem alibi; et non contradicit sibi tantus auctor. Et

³⁰ Aristoteles, *De anima*

³¹ Aristoteles, *De caelo* II

³² Averroes: no localizada

³³ Aristoteles, *Physica* II

qualitercunque contingat, verbum suum in secundo Physicorum est verum et ab omnibus concessum; ergo sermo suus tertio de Anima est falso translatus, vel indiget expositione. Nam nihil aliud intendit, nisi quod in anima et in operatione animae requirantur duo, scilicet agens et materia, sicut in omni natura. Id est, in omni operatione naturae duo exiguntur, scilicet efficiens et materia, et illud est verum; sed agens est semper aliud a materia, et extra eam secundum substantiam, licet operetur in eam. Caeterum possumus aliter hunc locum consolari. Nam Aristoteles quarto Physicorum dicit quod octo modi sunt essendi in aliquo, quorum unus est ut movens est in moto, quia movens seu agens est secundum virtutem suam in materia mota, licet non secundum substantiam.³⁴ Et sic agens est in omni natura in quam operatur, et ita in anima. Et sic nullo modo seuitur quod intellectus agens sit pars animae, ut vulgus fingit; et haec sententia est tota fidelis et a sanctis confirmata; sciunt enim omnes theologi quod Augustinus dicit in Soliloquiis et alibi, quod soli Deo est anima rationalis subjecta in illuminationibus et influentiis omnibus principalibus. Et quanvis angeli purgent mentes nostras et illuminent et excitent multis modis, et sint ad animas nostras sicut stellae respectu oculi corporalis, tamen Augustinus ascribit Deo influentiam principalem sicut soli influenza luminis cadentis per fenestram ascribitur³⁵, et angelus aperienti fenestram comparatur, secundum Augustinum in glossa super illud Psalmi Da mihi intellectum.³⁶ Et quod plus est, vult in pluribus locis quod non cognoscimus aliquam veritatem nisi in veritate increata et in regulis aeternis et hoc saltem habet intellegi effective et per influentiam, licet Augustinus non solum hoc velit, sed aliud innuit in verbis suis, propter quod quidam possuerunt eum majora hic sentire, ut scitur communiter. Quae omnia attestantur in hoc quod agens principale illuminans et influens intellectum possibilem est substantia separata, hoc est ipse Deus. Cum igitur Deus illuminaverit animas eorum in percipiendis veritatibus philosophiae, manifestum est quod eorum labor non est alienus a sapientia divina.

³⁴ Aristoteles, *Physica* IV

³⁵ Augustinus, *Confessiones* IX, 10, 23-25

³⁶ Ps. 118, 34; cfr. Augustinus, *Enarrationes in psalmos: super ps. 118*

Index Locorum:

- Alfarabius, *De intellectu et intellecto* X: cap V
- Ambrosius, *Epistolam ad Colossenses*; cfr. *Corpus iuris canonici D.pars* I. dist. XXXVII, cap. 7, §6: cap II
- Aristoteles, *De anima* III: cap. V
- Aristoteles, *De anima*: cap. V
- Aristoteles, *De anima*: cap V
- Aristoteles, *De caelo* II: cap V
- Aristoteles, *Metaphysica* XI, 1064B 1: cap III
- Arsitoteles, *Physica* II: cap. V
- Aristoteles, *Physica* IV: cap. V
- Aristoteles, *Politica* VII, 1333b 35: cap II
- Augustinus, *Confesiones* IX, 10, 23-25
- Augustinus, *De civitate Dei* VIII, 9: cap. III
- Augustinus, *De civitate Dei* XVIII, 40, 2': cap III
- Augustinus, *De civitate Dei* X, 16, 2': cap III
- Augustinus, *De civitate Dei* XVIII, 39, 5': cap III
- Augustinus, *De doctrina Christiana*, II, 42, 63': cap. I
- Augustinus, *De doctrina Christiana* II, 40, 61': cap III
- Augustinus, *Enarrationes in psalmos: super ps. 118*: cap. V
- Averroes: no localitzada: cap. V
- Avicenna, *De anima* V: cap. V
- Avicenna, *Metaphysica* IX & X: cap. III
- Avicenna, *Metaphysica* IX: cap. V; cfr. Arist. *Metaph.* I (983a)
- Beda, *Allegorica expositio in Samuelem* II, 9: cap. IV
- Beda, *De templo Samlomonis* II: cap. IV
- Casiodorus: no localitzada
- Deuteronomio, XXV, 7: cap IV
- Hieronymus, *Comentaria in Epsitolam ad Titum* I, 2: cap. III
- Hieronymus, *Epistolae* LXXII, 2; cfr. Thomas Aquinas, *Liber contra impugnantes Dei cultum et religionem* III, 5, 43': cap. IV
- Ioan., I, 16, 9': cap. V
- Mt. 12, 30; cfr. Lc. 11, 23: 1: cap. I

Paulus, *Epistola ad corinthios*, I, 15, 33': cap. IV

Paulus, *Epistula ad Titum* I, 12

Regula Latine: Corpus juris canonici D. I, dist. III, cap. 1: cap. II

Rom. I, 22

Conclusions:

He considerat oportú esmentar molt breument alguns trets de la filosofia medieval en l'apartat de conclusions per tal de plasmar el mètode de treball que tenia Bacon. La filosofia medieval, produïda a Occident, abasta un període històric, l'edat mitjana, enorme – del 476 amb la caiguda de l'Imperi Romà d'Occident fins la caiguda de Constantinoble el 1453, segons els períodes històrics tradicionals – i es caracteritza per estar estretament vinculada amb la teologia, l'estudi de Déu. Com podem veure en l'obra de Bacon – a través del seu pensament i de les citacions que fa servir en els seus arguments –, la vinculació dels fenòmens naturals està estretament lligada a Déu. Un fet interessant és la presència de citacions d'Aristòtil, ja que Aristòtil torna a prendre importància a Occident a partir dels s. XII i XIII (moment en el qual escriu Bacon) ja que l'estudi de la filosofia grega s'havia perdut amb la caiguda de l'Imperi d'Occident, i entra de nou a través de les traduccions de textos àrabs que contenen les traduccions d'Aristòtil del grec a l'àrab – les citacions d'Alfarabi (veure nota 22) i Avicenna (veure nota 13) són referides a Aristòtil –.

Així doncs, veient que el text de Bacon és ple de citacions d'autors anteriors (Aristòtil, Agustí d'Hipona, Avicenna, ...), podem afirmar que Bacon es basava en l'estudi dels filòsofs anteriors, dels quals tenia força coneixement ja que sovint parafraseja als autors en lloc de citar-los directament, per tal de poder redactar els continguts de les seves obres, tal com veiem en el capítol V, en què es refereix a una citació d'Aristòtil dient que pertany a *De caelo et mundo III*, però al tercer llibre hi apareix poc, i la citació és del llibre II de la mateixa obra. L'ús d'aquestes citacions permet a Bacon dotar el seu discurs de certesa, ja que els autors anteriors, considerats autoritats doctes, recolzen el seu discurs, sigui afirmant o desmentint. El fet que els autors que recull Bacon no només siguin Pares de l'Església i autoritats cristianes (ostentadors de la *veritas divina*), sinó també autors pagans (Aristòtil) o infidels (Avicenna, Alfarabi, et al.), demostra un cop més la idea global de Bacon sobre el coneixement, que es troba en els arguments científics i no pas en el nom de les fonts –és a dir, al coneixement s'hi arriba sense que l'origen de les fonts afecti a l'estudi–. L'accés, doncs, a les llengües hebrea, grega i àrab per a l'estudi d'aquestes fonts (que serà el tema del tercer tractat de l'*Opus majus*), és aquí posat en pràctica, demostrant la realitat i aplicació del seu projecte d'estudi.

Un problema sorgit de la citació per mitjà de la parafrasi és que a vegades no es pot localitzar el passatge concret dins de l'obra. Això es pot veure en la citació sobre Casiodor del capítol III (veure nota 13) com també en les d'Averroes (veure nota 31) o d'Agustí d'Hipona (veure nota 34) les quals no m'han estat possible de localitzar o bé les dues citacions d'Aristòtil en les quals només he pogut extreure de manera deductiva a quin llibre podrien pertànyer (veure notes 28 i 29). Així doncs, es pot extreure d'aquest fet que Bacon, en el moment d'escriure la seva obra, no només tenia al cap les obres dels autors precedents, ja fos de manera literal o bé amb parafrasis, sinó també donava per fet que aquell qui llegís els seus escrits també coneixia les obres citades i per

tant considerava que no calia fer esment de la localització de la font de la qual n'extreia la citació. Si es revisen les dues edicions de Bridges, hom s'adonà que ben poques vegades l'editor localitza les citacions. Tot i que el text mateix de Bacon ja doni prou idea de la diversitat de les seves fonts, la identificació d'aquestes fa palès de manera fefaent no només l'enorme cultura de Roger Bacon, sinó –el que és més important– la pràctica d'un mètode d'estudi que acudeix a la ciència sense molts dels prejudicis que marcaven la producció de la seva època.

Bibliografia:

Fonts primàries:

- ALPHARABIUS. *De intellectu et intellecto*. E. Gilson. París, 1929-30
- ARISTOTELES. *De anima*. I. Bekker. Berlin, 1837
- ARISTOTELES. *De caelo*. I. Bekker. Berlin, 1837
- ARISTOTELES. *Physica*. I. Bekker. Berlin, 1843
- ARISTOTELES. *Metaphysica*. W. D. Ross. Oxford, 1924
- AUGUSTINUS HIPONENSIS. *De civitate Dei*. E. Hoffmann. Viena, 1899
- AUGUSTINUS HIPONENSIS. *De doctrina christiana*. J. P. Migne. París, 1841
- AUGUSTINUS HIPONENSIS. *Opera omnia*. J. P. Migne. París, 1841
- AVERROIS CORDUBENSIS, *Commentum magnum super libro De celo et mundo Aristotelis*. R. Arnzen. Lovaina, 2003
- AVICENNA LATINUS, *liber de philosophia prima sive scientia divina* (vol. I: libr. I-IV, vol. II: libr. V-X). S. van Riet-G. Verbeke. Louvain-Leiden, 1977.
- BEDA. *De templo Salomonis*. J. P. Migne. París, 1850
- BEDA. *Allegorica expositio in Samuelem*. J. P. Migne. París, 1850
- Biblia Sacra iuxta Vulgatam Clementiam*. M. Tvveedale. Londres, 2006
- AEMILIUS LUDOVICUS RICHTER. *Corpus Iuris Canonici*. B. Tauchnitz. Leipzig, 1879
- HIERONYMUS. *Comentaria in Epistolam ad Titum*. J. P. Migne. París, 1845
- HIERONYMUS. *Epistolae*. I. Hilberg. Viena, 1910/1918
- ROGER BACON, *The 'Opus Majus' of Roger Bacon*. J. H. Bridges. Londres, 1900
- ROGER BACON, *The 'Opus Majus' of Roger Bacon (supplementary volume: containing—revised text of first three parts; corrections; emmendations; and additional notes)*. J. H. Bridges. Londres, 1900

Fonts secundàries:

- BRIAN CLEG. *The First Scientist: A Life of Roger Bacon*. Cambridge, 2004
- EUDALDO FORMENT. *Historia de la filosofía. II. Filosofía medieval*. Madrid, 2004

JAMES J. WALSH. *The thirteenth, greatest of centuries*. Nova York, 1907

JOHN MARENBON. *Medieval Philosophy: An Historical and Philosophical Introduction*. London: 2007

RAFAEL RAMÓN GUERRERO. *Historia de la filosofía medieval*. Madrid, 1996

ROGER BACON, *Opus majus*. Traducció de Robert Belle Burke. University of Pennsylvania Press, 2016

PAUL VINCENT SPADE. "Medieval Philosophy", *The Stanford Encyclopedia of Philosophy*. Stanford, 2018

STEWART C. EASTON. *Roger Bacon and His Search for a Universal Science: A Reconsideration of the Life and Work of Roger Bacon in the Light of His Own Stated Purpose*. New York, 1952

Aracniografia:

PH. ROELLI. "Corpus corporum". mlat.uzh.ch <<http://mlat.uzh.ch/MLS/>>